

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 28

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Lib. 27

Ad instantiam proximorum, l. 12. §. 1. de Tut et Curat. dat. quoniam et iudea ex officio et nomine petente potest interdici: semper autem desideratur magistratus sententia l. 16. §. 1. ff. h. licet etiam prodigalitas sit notoria.

Q. 3. Quid si quis notorie sit prodigus, potestne contrahere, vel etiam testamentum condere?

R. affirm. arg. l. 10 ff. h. qui autem credidit luxurioso iudeas, quod is scorto max. sit daturus, creditum perdit l. 2. ff. pro emptor.

Lib. 28

Q. 4. Quando prodigus, et furiosus desinunt esse in cura? R. quando hic ad sanam mentem, ille vero ad bonos mores, redierit, ita tamen ut accedat sententia iudicis arg. l. 1. ff. h.

Liber 28

^{Tit. 1.} Qui testamenta facere possunt, et quomodo admodum testamenta fiunt?

De hoc titulo differimus in inst. l. 2. tit. 10 et specialiter tit. 12 q. 1. non est permissum facere testamentum. Item in iure Can. l. 3. tit. 26 plura dicuntur.

Tit. 2.

De liberis et posthumis heredibus instituendis, vel exheredandis

De hoc titulo satis actum in inst. l. 2. tit. 13. De exheredatione liberorum, ita tit. 18. De inofficis testamentis.

Tit. 3.

De injusto, rupto, et irritato facto testamento.

Dicitur est de ad inst. quibus modis testamentum infirmum l. 2. §. 14.

Tit. 24. 89
Lib. 28.

De his, quae in testamento delentur, in-
ducuntur, vel inscribuntur.

Q. 1. si in testamento aliqua deleta, vel inducta,
hoc est, transversis cancellata, seu transversis
lineis expuncta fuerint, an ea adhuc sint pro-
tunda? R. si hoc inconsulto facta sint, ha-
tebunt adhuc vires, scilicet si consulto l. 1. in pr. §. 1.
et seq. h. eadem est quod si quaedam sint inscripta,
hoc est superscripta, puta à testatore vel ejus jussu,
vires obtinebunt, sicut deleta inconsulto.

Q. 2. Quid si nomen unius heredis sit inductum vel cancellatum:
R. sine dubio reliqua pars testamenti valebit,
et huic soli denegabuntur actiones. *l. 1. §. 1.*

Q. 3. Quid si omnia nomina testator, dele-
verit, vel induxerit, adscripsenit, se id fecisse,
~~quia non heredem offensus habuit~~ an valeant
adhuc legata in eo relicta, et ad quae devolva-
tur hereditas? R. ad 1. affirm. ex l. 3.
ff. h. ad 2. *du.* R. quod testator in dubio
nomina heredu' delevisse presumatur, ut ab in-
testato succedant legitimi, arg. l. 3. ff. h.

Q. 4. Quid si duas fiat testamenti chartae,
et una prius in iudicio ^{lit} profita, ac postea ^{adme} recepta à testatore
~~et dilaceretur~~. R. testamentum per hoc non
erit irritum, quippe ex alia tabula satis probari
potest voluntas testatoris, nisi probet actor lace-
rationem vel etiam deletionem suo animo esse
facta, ut heres ab intestato succedat. *l. fin. ff. h.*

Tit. 5.

De heredibus instituendis

Hunc tit. prosecuti sumus in inst. 7. 14 l. 2.

Tit. 6.

De vulgari et pupillari substitutione

De conditionibus institutionum.

Q. 1. Quid sit conditio? Q. in genere est adiectio quaedam, qua actum, ^{pura} sine testamentaria institutionem differimus in aliquem futurum eventum vel casum, l. 24. de v. o.

Q. 2. quomodo distinguatur? Q. in impossibilia et possibilem, possibile est, qua actum, obligationemve in futurum et incertum casum qui contingere potest suspendit. * Haec subdividitur in potestativa, casualem et mixta.

Potestativa est, cuius eventus dependet ab eius voluntate, et facultate implendi, cui sub ea quid relictum aut promissum est. Casualis est, qua ex alieno arbitrio, vel ex sola fortuna, aut casu dependet. Mixta est, cuius impletio partim a voluntate eius in quem confertur, partim a casu dependet.

Porro impossibilium conditionum duo sunt genera. Prioris generis sunt, quae simpliciter impossibiles dicuntur, cuius generis, et sunt ea, quae contra naturam.

Porro impossibilium conditionum, aliae sunt impossibiles naturam, et aliae lege, quae nempe contra bonos mores adversantur, et aliae facto, quae licet in se sint posibles, atamen respectu circumstantiarum adiecta de facto sunt impossibiles.

Q. 3. An liceat in institutione testamentaria ^{appone} ~~adhibere~~ omni generis conditiones? Q. 1. Omni generis conditiones posibles institutioni extranei heredis recte adiciuntur, et usq. dum existant institutio suspenditur l. 9. Inst. de hered. inst. Q. 2. Suis heres v. g. filiusfamiliae non potest sub alia conditione institui, quam sub

potestativa et qua facile impleri potest, l. 4. ff. de hered. inst.; 90
l. 48. ff. de inst. eod. si enim sub casu aut Lib. 28.

mixta institueretur filio, deficiente ea contra
ill. esset proleptus. R. 3.^o Conditiones naturae ab lege
impossibiles, pro non scriptis habentur §. 10. §. eod.

l. 1. l. 9. ff. h. Conditiones de facto impossibiles
in eo cuius respectu sunt impossibiles, pro non scriptis
habentur, Struv. h. thes. 49.

Castem referuntur à quibusdam ad impossibiles
conditiones, eas, quas vocant perplexas, ut si ita
dicam: Si Titius heres erit, seipsum heres esto;
ubi facile liquet, in ipsa institutione aliquid
impossibile contineri, et tunc institutio est inutilis
l. 16. ff. h.

Tit. 8.

De jure deliberandi

2. 1. Quid sit jus deliberandi? R. est id,
quo heres sine scriptis sine ab intestato intra
certum tempus sibi praeconstitutum apud se expe-
dere potest, utram hereditatem adire vel re-
pudiare velit, §. 2. just. ~~inst.~~ de heredit.
qual. l. fin. C. h.

2. 2. Intra quod tempus petatur jus deliberandi
et quod tempus concedendum sit. R. ad prim.
si heres non urgeatur à creditoribus, aliusque quo-
rum interest, nulla ei necessitas petendi incumbit,
verum urgeri potest ab iis, quorum interest, ut
petat, l. 9. C. h. R. qd. 2. dum si urgentibus credi-
toribus, vel sponte petat moderatum ei praecium
dandum est, d. l. 9. summum se extendit ad
9. menses, d. l. fin. §. 13. minimum vero est
100 dierum, l. 2. ff. h.

Q. 3. Quid si variis gradibus substitutio
sit facta, potestne deliberante primo secundus
vel tertius adire? R. Dum primus deliberat, nec
secundus, nec tertius succedere potest, nec secundo
aut tertio currit tempus deliberandi. l. 67 ff. de
acquir. vel omit. hered. Interim hac in re prae-
toris officium est propiciere, ne creditores eludantur.

Q. 4. Quid si is qui deliberat mortuus sit?
R. Tempus quod restat, transmittitur ad heredem
l. 19. c. h.

Q. 5. Quid juris consequitur haeres, dum delibe-
rat? R. habet copiam instrumentorum inspiciendo-
rum l. 5. pr. ff. h. potest petere rationes ab iis apud
quos deposita sunt. l. 28 ff. de acq. vel omit.
hered. et si res sint in hereditate, qua tempore
sunt deteriores, potest adito praetore, et qua sunt
sumptuose, libere vendere.

Q. 6. Quid si intra tempus praetributum haeres ni-
hil dixerit? Tunc in eius detrimentum res explici-
bitur, cum in eius potestate sit voluntatem
sua exprimere. scob. h. 9. 8.

Porro de inventario diximus l. 2. §. 19. in just.

Lib. 29

Liber 29

Tit. 1.
De testamento militis

Hunc titulum dilucidavimus in just. l. 2. §. 1.
ii

Tit. 2.

De acquirenda vel omittenda
hereditate

Q. 1. Quibus modis adeatur hereditas? R.
vel nuda voluntate, hoc est, simpliciter declaratione